

kat. komp.
59853
III Mag. St. Dr. P

Teol. 4356.

Steplowski Casimiri: Quaestio theologica de verbi Divini incarnatione.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0019993

IN NOMINE DOMINI. AMEN. 515.

QUÆSTIO THEOLOGICA,

De Verbi Divini Incarnatione.

Ex 3. p. D. Thomæ Angelici & Ecclesiæ Doctoris, qq. 1. 2. 3. 4. 6. suis articulis

DESUMPTA,



59853 III

atq;

Sub Felicissimo Regimine

Magnifici Perillustris & Reverendissimi Domini,

D. M. STANISLAI MAMCZYNSKI,

Juris Utriusq; DOCTORIS & PROFESSORIS, Collegii Juridici SENIORIS PATRIS, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis CANONICI, S. Michaëlis in Arce Cracoviensi DECANI, Parochialis in Smarzowice CURATI, Librorum per Diæcesim Cracoviensem Ordinarii CENSORIS, Contubernii Jurisperitorum PROVISORIS, Studii Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis PROCANCELLARII, & Vigilantissimi

RECTORIS,

Pro Doctoratu in Sacra Theologia obtinendo,

Per

M. CASIMIRUM STĘPLOWSKI

S. Theologiæ Licentiatum ejusdemq; Professorem, Collegam Majorem, Ecclesiarum S. Floriani ad Cracoviam Custodem, Parochialis S. Jacobi Casimiriæ Præpositum, Seminarii Episcopalis Academico Diæcesani Præfectum, Scholarum Novodvorsciánárum Provisorem.

Ad publicè disputandum

In Lectorio CC. DD. Theologorum

PROPOSITA.

Annô

25. qUô VerbUM DeI In Vera Carne ILLUXIt eXIstentIbUs nobIs In tenebrIs. 1759

Die 7ma Mensis Octobris.

Cracoviæ in Typographia Seminarii Episcopalis Academici.

1759

J. XXII. 31.

516

QUÆSTIO.

U. Incarnatio, ſeu aſſumptio naturæ humanæ ad Divinam mediante perſonalitate Verbi Divini, ante ſæcula præordinata, in medio temporum, annô ultimô creationis mundi, ante annos mille ſeptingentos quinquaginta novem completa; quamvis cuilibet Perſonæ Divinæ Patri, Filio, & Spiritui Sancto, tam ſimul, quàm diviſim non repugnet; magìs tàmen ſoli perſonalitati Verbi Divini conveniens ſit? nec ne?

CONCLUSIO I.

INcarnatio, eſt aſſumptio naturæ humanæ ad Divinam mediante perſonalitate Verbi Divini.

COROLLARIA.

I. *Myſterium Incarnationis Dominicæ varia ſortitur in Sacra Scriptura nomina: dicitur enim aſſumptio, ſeu acceptio* Philip: 2. v. 7. *Miſſio Filii* Gal: 4. v. 4. *Manifeſtatio* 1. Timoth: 2. v. 16. *Abbreviatio* Iſaiæ 10. v. 23. *Habitatio* Joan: 1. v. 14. *Redemptio* Epheſ. 1. v. 7.

II. *Poſſibile & conveniens fuit DEUM incarnari.*

III. *Adamo, aliisq; ſanctitate conſpicuis in Veteri Teſtamento, Incarnationis Myſterium revelatum fuit.*

IV. *Incarnatio Verbi Divini, non eſt facta in natura, ſed in perſona.*

V. *Quamvis Filius Divinus potuerit aſſumere aliunde naturam, humanam, convenientiùs tamen fuerat, ut eam ex Adam aſſumpſiſſet.*

CON-

CONCLUSIO II.

INcarnatio Verbi Divini ante ſæcula præordinata, in medio temporum, annô ultimô creationis mundi; nempe ante annos mille ſeptingentos quinquaginta novem completa eſt.

COROLLARIA.

I. *Non decuit Incarnationis Myſterium ad finem mundi differri, neq; etiam initiô mundi DEUM incarnari conveniebat.*

II. *Chriſtus Dominus ex Beata Virgine MARIA genitus, eſt ille Meſſias, verus DEUS, & verus Homo, multoties in Veteri Teſtamento promiſſus.*

III. *Judæi facilè promiſſum adventum Meſſiæ in carne cognoſcere, ſi voluiſſent, poterant.*

IV. *In Chriſto duæ ſunt naturæ integræ & diſtinctæ; unica autem Perſona Divina.*

V. *Principale motivum Incarnationis Divinæ & adæquatum, fuit redemptio generis humani.*

CONCLUSIO III.

CUilibet Perſonæ Divinæ, Patri, Filio, & Spiritui Sancto, tam ſimul, quàm diviſim non repugnat incarnari.

COROLLARIA.

I. *Aſſumere, quod eſt ad ſe ſumere, propriiſſimum eſt perſonæ.*

II. *Remotis per intellectum perſonalitatibûs, quæ apud Theologos vocantur proprietates perſonales, natura Divina poteſt intelligi ut aſſumens.*

III. *Aſſumptio, cùm dicat & operationis actum, & aſſumptionis terminum, communis eſt tribus Perſonis Divinis ex parte principii; non tamen communis eſt ex parte termini.*

IV. *Impossibile est, ut Verbum Divinum, vel duæ, vel tres Personæ Divinæ, unam hypostasim, seu personam humanam assumant.*

V. *Non implicat, quòd Filii Persona Divina post Incarnationem, possit aliam numerô naturam humanam assumere.*

CONCLUSIO IV.

INcarnari soli personalitati Verbi Divini magis conveniens est.

COROLLARIA.

I. *Natura humana magis est assumptibilis à Verbo Divino, quàm alia natura.*

II. *Potuit DEUS salvare hominem absq; Incarnatione Filii sui.*

III. *Non fuit necessarium, DEUM incarnari ex ulla hypothesi; nisi ex hypothesi condignæ satisfactionis pro peccato.*

IV. *Verbum Divinum non assumpsit naturam humanam ab omnibus individuis abstractam.*

V. *Filius Dei in sua Incarnatione, & verum Corpus, & veram Animam, & veram mentem assumpsit.*

Hinc DEO, qui nos
In Carne reDeMIt sIt In sæCULa honor.





26